

d. N.
356,
42.

11t
196

Metalla

à

C. Plinii Secundi,

Senioris,

Criminationibus

Brevi dissertatione vindicata,

Quâ

Plurimum Venerandos

DNN.

INSPECTORES,

Ut &

Viros omnium Ordinum Spectatissimos,

Christianus *Bricksche/*

Gymm. Freib. Rector,

Ad benevolè auscultandam

Matthiæ Gottlob Sabrii, Freib. M.

Orationem Valedictoriam

de

Metallurgia,

Officiôsè perquam ac humanissimè

invitat.

Freibergæ, typis Kuhfusianis.



non. Krüger

Summa semper inter homines de metallis fuit dis-
fensio. Sunt qvi pleno ore eā laudantes vitæ civili uti-
lissima censent: Sunt qvi graviter vituperant, & Rei-
publ. non adeò expedire clamant. Rem ipsam ve-
ritatis investigandæ causa diligenter expendit *Agricola l. 1. de Re
Metallic.* Expendit *John-Gyß in Bericht von den Bergwercken/p. 2.
4. seqq.* Expenderunt alii, ut *Deucor. in Praef. C. J. Met. Klock. de
Ærar. l. 2. c. 27. B. Ziegler, de Jur. Maj. Lib. II. c. 19. n. 15. Petr. Albin.
Meißnische Berg-Chronic.* Nos, ne crambem toties coctam de-
nuò apponamus, Orat. Valedictoriæ crastino die, quem Deus
feliciter dederit! de RE METALLICA in Auditorio Majori
habendæ, quid prælusuri, *C. Plinii Senioris de Re Metallica
Φλυασις* expendemus, easqve, quia ferendæ non sunt, brevi-
ter, & quantum quidem à nobis fieri potest, expungemus.
Te verò, LECTOR BENEVOLE, eâ, quâ decet observantiâ
rogamus, ut institutum hoc favore Tuo prosequaris.

Sed quid *Plinius de Re Metallica?* Improbat, exagitat,
vituperat. Dubitas? Ipsa ipsius verba adscribemus, ne de
tanto scriptore temerè quid asseruisse videamur. Ita verò
ille *in Proëm. Lib. XXXIII. Histor. Natural.* Persequimur omnes
ejus fibras, vivimusqve super excavatam; mirantes dehisce-
re aliquando, aut intremiscere illam; ceu verò non hoc
etiam indignatione sacræ parentis exprimi possit. Imus in
viscera ejus, & Manium opes quarimus; tanquam pa-
rum benigna fertilique, quaquà calcatur: inter hæc mini-
mum remedium gratiâ scrutamur. Qvoto-enim-cui-
que fodiendi causa Medicina est: Qvanquam & hæc sum-
mâ sui parte tribuit, ut minimè parca, facilisque in omni-
bus, quæ profunt. Illa nos premunt, illa nos ad inferos
agunt, quæ occultavit atqve demersit, illa, quæ non na-
scuntur:

scuntur : ut repente mens ad inane evolans reputet, quæ
deinde futura sit finis, seculis omnibus exhauriendi eam,
quousque penetret avaritia ? Quàm innocens, quàm bea-
ta, imò verò & delicata esset vita, si nihil aliud, quàm su-
pra terras, concupisceret, breviterque, nisi quod secum est ?
Eruitur aurum & chrysocolla juxta, ut pretiosior videatur
nomen ex aurò custodiens. Parum enim erat, unam vi-
tæ invenisse pestem ; nisi in pretio esset auri etiam sanies.
Quærebat argentum avaritia, boni consuluit interim, in-
venisse minium, rubentisque terræ excogitavit usum. Heu
prodigiosa ingenia, quot modis auximus pretia rerum ?
Accesit ars picturæ, & aurum argentumque calando ca-
rius fecimus. Didicit homo naturam provocare. Auxé-
re & artem vitiorum irritamenta. In poculis libidines cæ-
lare juvit, ac per obscœnitates bibere. Adjecta deinde
sunt hæc, & sordere cœpere : & auri argenti que nimium
fuit. Murrhina & crystallina ex eadem terra effodimus,
quibus pretium faceret ipsa fragilitas. Hoc argumentum
opum, hæc vera luxuriæ gloria existimata est, habere quod
posset statim totum perire. Nec hoc fuit satis, turbâ gemma-
rum potamus, & smaragdis teximus calices, ac temulen-
tiæ causâ tenere Indiam juvat : & aurum jam accessio est,
O *Plini, Plini*, quæ te vesania cepit ? Naturalium agere in-
terpretem sustinisti, & Naturæ dotibus relictis, innocentia
criminariis metalla ? Malè confundis Naturalia cum morali-
bus, & usum cum abusu. Nil malè, & nil frustra, sed rectis-
simè ac valdè bona Deus fecit omnia. Tollatur abusus ! Usus
habet laudem, crimen abusus habet. Igne quid utilius, aut
magis

magis necessarium? an ideò damnabimus eundem, quia tot ex ignibus incendia, ruinæ sint?

Fertur eqvo latro, vebitur pirata triremi:

Ergò necandus eqvus, nec fabricanda ratis?

Num à vino ideò abstinendum, quod homines inebriat, & de-
mentat, conjicit in morbos, mille mala, cædes, adulteria, &
quid non denique accellerat? Num typographica ars accu-
fanda, quoniam tot ejus beneficio famosa & damnosa promo-
ventur scripta, carmina, volumina? Qvis dubitat, ciborum
omnis generis selectiorum quotidie abusum lautioribus in
mensis observari? An propterea vituperemus Naturæ tot
miracula? tot vitæ necessaria solatia & commoda? Dicis: *Per-
sequimur omnes ejus fibras.* Quid tum? Sunt difficilia, quæ pul-
chra. Qui hæc pretiosa fecit Deus, dixit etiam operariis me-
tallicis, ut in sudore vultus sui quærent commoderentque
panem. Pergis: *Imus in viscera ejus, & in sede Manium opes quæ-
rimus.* Nec sic malè. Jusfit & concessit Deus ipse, ut fer-
rum rupibus, æs montibus exscinderetur. Idem Jobi c. 22.
inter pietatis præmia reposuit metalli nobilis in terra abun-
dantiam. Addis: *Tanquam parum benigna fertilisque, quæquæ cal-
catur.* Sed hæc non sunt opposita; subordinata sunt, si supra
terram gramina, frumenta, arbores, & infra illam mineralia
luxurient. Quamvis utrobique rarius in excellente gradu;
propter exhalationes subteraneosque ignes. Si quis ta-
men compareret fertilitatis commoda, inveniet, in uno anno
plus utilitatis ferre auri & argenti puteum, aut cumulum,
quam vel centum annis ager etiam fructuosissimus. v. G. *Agri-
col. l. 1. de Metall. V. & N.* Romanos ex argenti fodinis Hispa-
niæ prope Carthaginem novam sitis, singulis annis nongenta
duodena millia, & quingenos aureos percepisse, refert *Phil.
Camerar. Medic. Hist. Cent. 1. c. 81.* Otto, Marchio Misniæ redi-
tibus ingentibus ex Freibergensi Metallurgia perceptis non
tantum

tantum laudatam urbem fundavit, sed postea *Lipsiam*, *Musarum* sedem, *Eisenbergam*, & alia loca, arcesque mœnibus, turribus ac fossis munivit: imò Hermundurorum terram adhuc asperam & incultam ferè reddidit amœnam, ac pietatis pervasione monasteria largiter ditavit. *Ernestus* Elector, & frater *Albertus*, ambo Duces Saxonix, & Familiæ Serenissimæ Saxonix propagatores, ditiones suas non tantum ampliarunt, sed & Ducatum Seganensem in Silesia, à Duce *Johanne* emerunt, quem deinde *D. Mauritius* Elector pro aliis locis, Regi Bohemix cesfit. *Moller, Annal. Freib. p. 112.* *Freiberga* nostra, intra centum annos 37. tonnas, & 21984. thaleros largitoribus impensarum præbuit. *Moll, d. l. Sect. 4. c. 1.* *Joachimi vallis* intra 45. annos supra quatuor milliones; *Annaberga* quatuor annorum spatio 120838. aureor. Flor. Rhen. cultoribus nulla habitacione decimarum fudit. E solis venis *Schneebergensibus*, & *Decimis*, & signatione argenti Saxonix Duces 4118. Tonnas auri collegisse intra spatium 79. annorum, refert. *P. Albinus Chronic. Metall. Tit. 4.* quem tamen corrigi & emendat *Christianus Melzer* in *Sua Schneeberga* à p. 347. usque ad p. 359. De *Potosianis* in *Peruvia* fodinis aureis argenteisque pænè referunt incredibilia (naturæ tamen non impossibilia.) *Atb. Kirch, l. X. Mund. Subt. Sect. p. c. 8.* *Petrus Ordonnez de Cavallos*, in *descript. Regni Peruviani*, ubi speciatim agit de *Los Charcas* & *Potosio*, imprimis quoque *Alvarez Alphon. Barba* in *de generat. Metall. p. 1. c. 19. & 27.* Ut adeo verissimè lectus gravissimus *Ernestus Cotbomannus* responderit, fodinas metallicas cor & vitam provinciæ esse, civitates peperisse, partas amplificasse & illustrasse, opibus auxisse, nobilitatem nobiliorem fecisse, Principes Celsissimos evexisse, iisque incrementa, gloriam, dignitatem & amplitudinem suam contulisse. *Consil. 1. v. 110. vol. 4.*

Negas, ex metallis Medicinam factam olim. Sed cur negas *Plini*? Ipse fateris c. 4 l. 33. aurum plurimis pollere modis in remediis; quæ partim, & non sine fabulis admixtis, refert. Præterea

rea

reâ *Ægyptii* asserunt, *Mercurium* non solum plurimarum artium,
 inprimis naturalium repertorem; & Isidem ad tollendos Medi-
 camentorum ope morbos in ventricem mineralium fuisse. Ec-
 quis ergò dubitet, *vitrioli* naturam, & virtutes *Scibii* deindè, (quod
 nostrates vocare solent *Antimonium*) *Boli*, *Nitri*, *Sulphuris*, *Aluminis*,
Salis Ammoniaci inprimis, & similibum (è quibus vitæ præsentissi-
 ma remedia parantur,) eosdem latuisse? Solius *Antimonii* divinas
 operationes *Angelus* laudavit *Sala*, & à *Suchten Alexander*, volumi-
 nibus prolixis. Cont. *D. Wolf, Höfer*, *S. Cæs. Maj. Aul. Med. in Her-
 cul. Medic.* l. 8. *Loc. Comm.* c. 4. p. 494. de *Tinctura Antim.* *Mofes* itidem
Charas, *Britann.* olim *Regis Medicamentar.* in *Pharmac. Reg. Cby-
 mic.* c. 73. de 80. Sed misso *Plinio* nos convertimus ad *T. e. BE-
 NEVOLE LECTOR*, & quærimus, an credere velis ipsi, quan-
 do porro scribit: *Demersit illa, quæ non nascuntur.* Etiam metalla
 crescere, quis quæso nescit? Etiam metallis ac mineralibus à cre-
 atore rerum dictum est: *Crescite, ac multiplicamini!* Crescunt verò
 non beneficio animæ, quâ carent; sed per novum succum metal-
 licum supervenientem, & per accretionem novarum particula-
 rum. Eleganter hac de re scribit *Matthesius* in *Sarepta*, cujus me-
 morabilem locum repetit *Albinus* c. 8. *Chron. Metall.* f. 80. Dieses
 habe ich ans *Matthesio* mit seinen Worten sagen wollen/ weil er sein ar-
 tig und berck männisch davon redet/ und es nicht leichtlich besser von
 einem andern kan dargegeben werden. Es ist aber/ wie er selbst mel-
 det/ aus dieser Geschicht (da das Holz nicht viel über 20. Jahre in Berg
 gelegen/ von gediegenen Silber / auf dem *Aberrham* in *S. Lorenz*
Sundgrube / in einem Stempel gewachsen. Daraus wir lernen kön-
 nen/ das Kluffte und Gänge noch ihre sambhafte Art haben/ die Gott
 durch sein sprechen in die Erde geschaffen; daraus natürlicher Weise
 das Erz täglich wächst; klärlich zu sehen/ daß das Gestein noch wach-
 se/ desgleichen auch die Berg-*Arten* und *Erze* / nicht allein in unver-
 schrottenem Felde / sondern auch da ein Feld zuerfahren ist / daß eine
Gubr (*succus argenticus*, schwefelicht / und queck silberichte Feuch-
 tigkeit)

tigkeit) also auf der Firſte auf einem klüfftigen Stein gefintert / da
zeinicht Silber daraus gewachſen. Conf. D. Hauptmann in *Berge-*
Bedencken / p. 40 50. ſeq. Atqve adeò non valet ubivis metallico-
rum noſtrorum aſſertum dicentium: Es ſiehet alle höfflich / wir
haben ein ſchwebend Mittel angetroffen / bauen auf alten Gängen/
auf welchen die Alten geſchämnet / und Erz haben ſiehen gelaffen / weil
ſie die Rob Arbeit im ſchmelzen noch nicht gewußt haben: Quafi tam
ſtolidi fuiſent, ut metallum non vulgaris pretii, quod deſecare
poterant, neglexerint. Crevit argentum aliquando exciſum
in fodinis iterum, non quidem ex ſemine vitali, ſed, uti dictum,
ex ſucco ſuo, uti fortè congelatur glacies; indè & facilè in illum
ſuccum poteſt reſolvi, uti glacies. Ideoque differt ab illo ſolâ
duritie & ficcitate. Sed vide, L. B. quàm injurius in Crea-
torem ſit *Plinius*, quando exclamat: *Quàm innocens, quàm beata, imò*
verò & delicata eſſet vita, ſi nihil aliud, quàm ſupra terras concupiſceret,
breviterque, niſi quod ſecum eſt? Nil malè, nil fruſtrâ fecit Deus,
ſed rectiſſimè omnia. Vidit Deus omnia, quæ fecerat; & ecce
bona valde erant omnia, Gen. 1. v. ult. Lucri avaritiæque vitia,
non rerum ſunt, ſed perſonarum.

Auxiſſe homines pretia rerum: aurum argentumque cælân-
do carius feciſſe: didiciſſe naturam provocare: Auxiſſe & artem
vitiſſimè irritamenta; in poculis libidines cælare, & per ob-
ſcœnitates bibere, rectiſſimè qveritur. *Vanitati creatura ſic obno-*
xia ingemiſcit, libertatis ſuæ appetens, Rom. 8. 19. & 22. Sed hæc non
ex naturæ innocentia & bonitate, ſed ex ſtultitia & malitia ho-
minum nata ſunt. Beſazar, Rex Babyloniorum aurum & ar-
gentum ad luxum adhibuit; Moſes verò & Salomo ad decus &
magnificentiam templi, uterque ad divini Numinis honorem.
Et ad hunc amplificandum ab omnibus bonis apud nos metalla,
aut ſaltem pars eorum, inſumuntur. Quod ut fiat in Captilenâ
Matheſiana notiſſima à Deo petunt:

Beil

94
117 126
Weil du ein Kirch in der Wüstenen
Dir samlest/ und mit mancherley
Gaben sie zierst &c.
Mit Gnad sieh unser Bergwerck an/
Auch hilff daß wir solchs brauchen wohl/
Wie ein Christlicher Bergkamm soll.
Daß fürnehmlich dadurch dein Ehr/
Gefördert werd/ und reine Lehr
Erhalten in der Kirch und Schul/
Fried/ Gericht und Recht bey dem Rathstuhl.
Und daß versorgt werd das Spital/
Die Hauß-Armen auch allzumahl.

Sed hæc hæcenus. Nunc & ejus facere mentionem par est, cu-
jus in gratiam nobis suscepta hæc scriptio fuit. Nimirum MAT-
THIAS Gottlob SAHRIUS, Viri Nobilissimi, Senatoris apud
nos integerrimi, & Rerum Metallicarum peritissimi filius, fi-
nem impolituro studiis Scholasticis in Lipsiensem tendit Aca-
demiam, sæcundissimam illam Virorum omni virtutis & do-
ctrinæ laude præstantium parentem. Hæc ex causa, bono cum
Deo, crastino die Cathedram conscendet, valedicturus nobis,
dicturusque Oratione Latina de RE, quâ ad exemplum Dni.
Patris valde delectatur, METALLIGA, memoriter, & quod
sibi exoptat, cum maxima Auditorum assensione. Quâ spe
sua ne excidat, VOS OMNES, QUI ESTIS LITERARUM &
STUDIORUM PATRONI, FAUTORES, & AMICI, rogo, quæ-
soque, velit crastina luce Die H. L. Q. C. adesse nobis, atque ho-
nestissimos conatus hujus nostri humanissimi Juvenis, in Aca-
demiam migrantis, vestra Honoratissimâ præsentia, probare
atque commendare. Pollicemur Vobis similiter nostras preces,
studia & officia paratissima. P. p. Freibergæ V.


Iduum Maji Ann. Or. Red.

M. DCCII.

* * *

X 2983406

VD18



Q. N.
356
48.

11t
196

Metalla
à
C. Plinii Secundi,
Senioris,
Criminationibus
Brevi disertatione vindicata,
Qvâ
Plurimum Venerandos
DNN.
INSPECTORES,

Ut &
Viros omnium Ordinum Spectatissimos,
Christianus *Griffische/*
Gymn. Freib. Rector,
Ad benevolè auscultandam
Matthiæ Gottlob Sabrii, Freib. M.
Orationem Valedictoriam
de
Metallurgia,
Officiôsè perqvam ac humanissimè
invitat.

Freibergæ, typis Kuhfusianis.



conf. K. G. J. J. J.

